hi ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida
galileae & rogabant eu dicentes: Dne uolumus ihm
uidere. Uenit philippus & dicit andreae: Andreas
rursum & philippus dixerunt ihu. Ihs autem respon
dit eis dicens: Uenit hora ut glorificetur filius homi
nis. Amen amen dico uobis nisi granum frumenti cadens
in terram mortuu fuerit ipsum solum manet. si autem
mortuu fuerit multum fructum affert. Qui amat
animam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in
hoc mundo in uitam aeterna custodit eam. Si quis mihi
ministrat me sequatur. Et ubi sum ego illic et minister
meus erit. Si quis mihi ministrauerit honorificabit
eum pater meus. Nunc anima mea turbata e. & quid
dicam pater, saluifica me ex hora hac. Sed propter
ea ueni in hora hanc. pater clarifica tuu nomen. Ue
nit ergo uox de caelo. Et clarificaui & iterum clarifica
bo. turba ergo quae stabat & audierat dicebat toni
truum factum e. Alii dicebant angelus ei locutus e.
Respondit ihs & dixit. Non propter me uox haec uenit
sed propter uos. Nunc iudiciu e mundi. nunc princeps
huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero
a terra omnia traham ad me ipsum. hoc autem dicebat
significans qua morte esset moriturus. Respondit ei
turba. Nos audiuimus ex lege quia xps manet in aeter
num. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium ho
minis. quis e iste filius hominis. Dixit ergo eis ihs.
Adhuc modicum lumen in uobis e. Ambulate dum lucem
habetis ut non tenebrae uos conprehendant. & qui ambu
lat in tenebris nescit quo uadat. Dum lucem habetis
credite in lucem ut filii lucis sitis. haec locutus e ihs.